

perito ; et iam Critio nostro, quem quoties nomino, absolutum omnis 80 virtutis exemplar nominare me puto. Is etiam tui est, vt si quispiam alius, amantiss<sup>(imus)</sup>, et daturum se literas ad te ipso die Annuntiationis, quum apud eum pranderem, suscepit. Est apud me nepos illius ex sorore, iuuenis ingenio magno ac literarum foeliciter studiosus, cui nunc simul et aliis discipulis meis domesticis präelego 85 Copiam tuam ; quod opus ante quinquennium publice hic professus sum, ac postea vocatus in Vngariam, bis illic frequenti auditorio legi. Atque hic noster tam tibi addictus est, vt plane constituerit te quandoque (modo Deus vtrique vitam annuat) adire et, quem absens absentem tam impense diligit, coram tandem alloqui. Quae 90 res illi quoque in proclui est, nempe cui sacerdotia tria sunt preepingua. Tu si vel tribus verbis iuuenem fueris hortatus quo perget ita, vt fecit, facere eruditio[n]emque toto conatu amplecti, rem ages optimo Praesuli gratiss<sup>(imam)</sup> ; et, vt Grece claudam, δωρεὰν, licet ista non moreris, οὐ γράψεις. Nomen est illi Andreas Sebridouius. 95

Bene vale, totius aeruditio[n]is columen. Cracouiae e contubernio Hierusalem .5. Calendas Aprilis Anno a Natali D. 1527.

Tuus Leonardus Coxus.

Vnum omiseram. Quid sibi velit illud in priore libro Copiae 'synere ac melle fluere videtur', haudquaquam percipio. De cinnare 100 lego apud Plinium ; ast omnia exempla Copiae tuae, cum a Schurerio et aliis, tum etiam a Frobenio ipso impressa, 'synere' habent. Si nodum hunc nobis soluere dignaberis, magnum beneficium in me et quotquot hic studiosi sumus conferes. Iterum vale quam diutissime 105 foelix.

Clarissimo viro domino Erasco Roterodamo, studiosorum parenti ac ornamento vnico. Basileae.

### 1770 1804. To THOMAS MORE.

Copenhagen MS. G.K.S. 95 Fol., f. 249.

Basle.

30 March 1527.

[An autograph rough-draft, in the Copenhagen volume : for which see App. 13 in vol. iii. Very smoothly and evenly written, with scarcely any correction : but in three places (ll. 146, 161, 254) the sense needs completion, and in another (l. 93) the second hand, probably that of Erasmus' servant-copyist, has inserted an alternative. The ms. has suffered much from water, and in consequence the left-

*scoporum Plocensium*, 1642, pp. 156-60.

82. *literas*] Not extant : answering Ep. 1753 and answered by Ep. 1822.

86. *Copiam*] See Ep. 260.

91. *sacerdotia*] One of these was perhaps the deanery of Lenczyca : cf. a letter of Glareanus to J. Lasky, 6 Oct. 1529 (S. A. Gabbema, *Illust. vir. Epistolae*, 1663, no. 7).

94. *δωρεὰν*] Cf. Gal. 2. 21 ; where the Vulgate translates *gratis*, Erasmus *frustra*.

95. *Sebridouius*] See Ep. 1826.

97. *Hierusalem*] A college for 100

students founded 15 May 1454 under the will of Card. Sbigneus de Olesnica, bp. of Cracow : see *Codex diplomaticus Vniuersitatis Cracoviensis*, pt. ii, 1873, pp. 156-9. Its original statutes with later additions have been printed by A. Karbowiak, *Archivum do dziejów liter. i ósw. w Polsce* vi, 1890, pp. 86-169.

100. *synere*] *Copia* i. 33, *Delectarunt*. In the later editions, beginning with that of May 1526, *saccaro* is substituted (LB. i. 25D). For Erasmus' account of the origin of the word see Ep. 1824. 29-46.

101. *Plinium*] *H.N.* 8. 27. 101.

hand edges of the leaves have broken away; so that restoration is needed at the ends of many lines.]

S. P. Vtrique magna contentione agitis, et tu et Tonstallus, vt stilum stringam in Luterum. Quid faciam aduersus duos amicos? quorum vtriuslibet sola voluntate possim quoquis perPELLi, qui cunque sit futurus exitus. Optarim tamen factum hoc ratione 5 potius quam affectu suscipi. Persuadetis vobis multum habiturum momenti si totus ferar in Luterum. Atqui ego pene compertum habeo me nihil aliud quam irritaturum crabrones. Nec aliud expectabam quam emitterem Diatribam. Cutbertus mire eleuat vires huius factionis. Si verbis attenuari posset, vehementer et ipse 10 deicerem illam. Verum vt hec inter nos libere dicantur, longe aliter habet res; et vereor ne breui latens hoc incendium erumpat in magnum orbis tumultum. Huc prouocat monachorum insolentia et theologorum seuicia.

Hec lues in Anglia, quoniam ex vnius nutu pendet summa rerum, 15 facilius premitur. In aliis regionibus non item. Tantum super hac re litteris mandare <fa>s est. Quid mitius Diatriba? Nec id tamen licuisset imp<rimere/, ni mox successisset odium huius factionis in Lutherum, veh<emens/ ob diuersam de Eucharistia sententiam. Vixdum abs<oluta/ Diatriba, Oecolampadius clam 20 nactus ex officina pag<inas/ adornabat responsionem. Id vbi rescui, sic per occasionem conue<ni/ hominem. Ostendit quod scripserat. Multis argumentis p<ersuasi/ vt respondendi prouinciam cederet aliis, sed hoc poti<ssimum/ ne, si in eadem ciuitate que variis studiis esset dissec<ta/, alter in alterum inueheremur, 25 excitaremus tumultum. Eam rationem quum ille quibusdam e magistratu communicass<e>t, approbarunt. Horum igitur consilio quieuit. Eram autem id temporis apud vtranque partem gratiosus; ne nunc quidem ingratus, exceptis sordidis aliquot. Porro scias esse tutius mihi regem aliquem magnum offendere quam vllum ex 30 hoc magistratu.

Et vt nunc res sunt ac mea valetudo, non alibi liceret tuto viuere, nisi memet addicerem regibus aut aliis principibus aut opulentis cinitatibus; inuitor enim a multis. Sed sic est ingenium meum, mori leuius duco quam seruire. Talis autem est valetudo vt tridui vitam 35 mihi non ausim polliceri, si pertrahar ad alienum viuendi morem.

1. Tonstallus] For his letter cf. Ep. 1815. 39-40; but it is not extant. He had evidently written again as in Ep. 1367.

2. in Luterum] More had already written against him in Latin under the pseudonym of G. Rosseus, London, *(Pynson)*, 1523. On 7 March 1528 Tunstall (Reg. f. 138: Brewer iv. 4028) gave him licence to read Luthers' books in order to confute them; whereupon More wrote in 1528 his Dialogue, in English, against Luther and Tyndale, London, W. Rastell, s.a.

8. Diatribam] *De libero arbitrio*; see Epp. 1419-20, 1481.

Cutbertus] Tunstall.

9. huins factionis] The Lutheran party.

17-18. huins factionis] The Basle reformers, led by Oecolampadius; cf. Ep. 1719. 24n.

18. de Eucharistia] Cf. Ep. 1616. 27n.

19. Oecolampadius] See Ep. 1522. 84n.

31. valetudo] Cf. Ep. 1780. 3n.

33. a multis] For recent additions to the list given in Ep. 809. 127-35 see Epp. 1408. 10-11, 1431. 33n, 1442. 7n, 1629 introd. (*Hos. E. 1*), 1652. 110 seq., 1683. 1n, 1697. 95n.

Ad hec a quibusdam inuitor, qui quid agant nescio. Ego nullius humanae factionis dux esse possum. Et tempus vrget vt colligam sarcinulas, hinc migraturus. Quid autem refert dissimulare quod ipse non ignoras, plurimos esse tyrones qui me in hoc certaminis genere superent? quum mihi quamuis adasset ingenium, nec 40 animus adsit nec excercitatio. A nulla re magis abhorreo quam a talibus palestris, nec vsquam minus sum excercitatus. Omitto dicere quod tota controuersia verborum est verius quam rerum, nec admodum mea sententia conducens ad pietatem, si quis altius penetret hunc specum quam oportet. Et vides quam multi tracta- 45 rint hoc argumentum ad ostentationem ingenii, tractentque hodie.

Sed amor in me tuus non fert quorundam insolentiam, gestientium quasi non habeam quod Lutero respondeam. Aliis grauioribus molestiis sum excercitatus vt ista leuicula facile contemnam. Si refert respondisse, iam in Diatriba et Hyperaspiste dissolutum est 50 quicquid ab illo potest adduci. Tantum habet duas arces, per legem nihil effici nisi cognitionem vel agnitionem potius peccati, et per Adae peccatum sic esse vitiatam humani generis massam vt nec Spiritus Sanctus in ea quicquam operetur nisi malum. Ab his deiectus concidet. Sed quibus armis deiicies eum qui nihil recipit 55 nisi Scripturas diuinias, quas ad suam interpretatur regulam? Iam fingito me esse vnum vni parem: quid valeam vnuſ aduersus tam multos? Solus hic adest Berus, sed iam olim desuetus a palestra Sorbonica, preterea occupatus et omnia metuens, vt nihil ab illo sit presidii: licet plurimum solatii sit ex suauiſſima con- 60 ſuetudine singularis amici. Saltem vnuſ essem. Nunc vix dimidiatus homo sum.

Cogita quantum temporis mihi reliquum faciat hec valetudo. Huius prope dimidium sibi protinus secant epistolae ex omnibus mundi plagis aduolantes, ne recenseam libellos, alios priuatim 65 missos, alios euulgatos. Nec proclue sit estimare quantum operaे sit impensum huic quartae Noui Testamenti editioni, Adagiis recognoscendis, tum his quae vertimus ex Chrysostomo et Athanasio; quantum tediū deuoratum in stolidissimis Bedae calumniis refellendis, item aliis nonnullis que clam moliuntur Theologi Lutetiae. Et hec 70 exiſſent, niſi Frobenius tempore fuisseſt exclusus. Nonnihil temporis datum est et Paraphrasibus recognoscendis et Seneca, in

36. a quibusdam] For a proposal that he should join the Strasburg reformers cf. Ep. 1485. 6-7.

46. hoc argumentum] confutation of Luther; cf. Epp. 411. 8n, 934. 3n, 1275. 78nn, 1729. 4n, 1773. 17n, 1780. 33-5.

50. Hyperaspiste] See Ep. 1667.

58. Berus] See Ep. 1780. 1n.

64. epistolae] Cf. Ep. 1745. 11-12.

67. N. Testamenti] See Ep. 1571. 19n.

Adagiis] See Ep. 1659. The next edition was in Sept. 1528.

68. Chrysostomo] See Ep. 1800.

Athanasio] See Ep. 1790.

69. Bedae] See Ep. 1571. Erasmus had now composed a further reply to

him, for publication. The first part of this, *Prologus in suppurationem calumniarum Natalis Bedae*, was hurried out (cf. Ep. 1664) by Froben in Aug. 1526; the main book, *Supputationes errorum in censuris Natalis Bedae*, was delayed (cf. ll. 70-71) till March 1527.

70. Lutetiae] See Ep. 1723.

72. Paraphrasibus] The only recent issue of any part of these was the 1526 edition of St. Luke (Ep. 1381; cf. Ep. 1672. 151); but he had perhaps already been revising the Epistles for the edition which did not appear till 1532.

Senecae] See Ep. 325. The new edition did not appear till March 1529.

quo perfidissime me tractauit stolidissimus ille Nessenus : quod pudoris mihi sarcendum est antequam moriar.

75 Iam mihi finge nec ocium deesse nec vires. Si tractauero materiam ex animo monachorum ac theologorum, qui nimium tribuunt hominum meritis ob quaestum hinc redeuntem, profecto loquar aduersus conscientiam meam, et sciens obscurabo gloriam Christi. Sin temperauero stilum vt aliquid tribuam libero arbitrio, gratiae 80 plurimum, offendam vtranque partem : quod mihi venit vsu in Diatriba. Quod si sequar Paulum et Augustinum, perpusillum est quod relinquitur libero arbitrio. Hic enim duobus libris quos scripsit ad Valentimum iam senex, asseuerat quidem liberum arbitrium. Sed gratiam sic probat vt ego non perspiciam quid 85 reliquum faciat libero arbitrio. Fatetur opera ante gratiam facta esse mortua, tribuit gratiae quod resipiscimus, quod volumus benefacere, quod bene facimus, quod perseueramus. Fatetur hec omnia gratiam in nobis operari. Vbi igitur merita ?/. Hic constrictus Augustinus huc confugit, vt dicat Deum sua bona opera nobis 90 imputare pro meritis et sua dona coronare in nobis. Nonne belle defensum est liberum arbitrium ? Mihi non displiceret opinio que putat nos ex meritis nature viribus absque peculiari <gratia posse de congruo, vt illi loquuntur, gratiam instituere, nisi refragaretur Paulus ; quanquam ne scholastici quidem hanc recipient 95 sententiam.

Nunc expendamus pericula. Metus est ne sublato libero arbitrio quidam abiiciant studium beneficiendi. Videmus / Scyllam, sed formidabilior est e regione Charybdis, ne nostris viribus arrogemus quod totum debetur diuinae largitati. Si argumentum esset 100 humanum, possem hic iure / ludere. Verum in his quae pertinent ad pietatem non est <tutum / rhetoriciari. Sed liberanda est fides Hyperaspistae. Iam pridem / esset liberata, nisi hoc agentem furiae Parisine ex transuerso / fuissent adortae. Siquidem eodem impetu bonam alterius par/tis portionem absolveram ; 105 quod si suppetisset spatium occasio libe/rum, totum opus exisset. At mihi visum est illis furii <prius / occurrere : non quod mihi sit animus perpetuo cum illis conflictandi, aut spes sit eos tam multos et coniuratos meis scriptis <comprimi posse ; sed referre iudicauit mundus sciret quos carbo/nes proferret ille nidus, unde mirabilem 110 quendam thesaurum expectabamus. Tunstallus arbitratur illos fore propitos, si neglectis illis dimicem aduersus Luteranos. At longe fallitur. Noui illorum mysteria, noui ingenia. Nec erit insaniendi finis nisi vel principum autoritate cohercentur, vel subolescens iuuentus sexagenarios, vt aiunt, de ponte deiecerit. 115 Postremo vt maxime contempta conscientia scribam ex istorum

93. promereri supra instituere scripsit sec. manus.

103. fuisset MS.

73. Nessenus] Cf. Epp. 1479. 86n, 1523. 202-3, 1729. 1-2.

89. Augustinus] Grat. 6. 15.

93. illi] The medieval theologians : e. g. Mich. of Bologna, *Quest. in Sentent.*, Milan, L. Vegius, 16 April 1510, li. 3, dist. 27, q. 1, fo. xxiii v<sup>o</sup>.

94. Paulus] Cf. 2 Cor. 3. 5, Gal. 2. 16, Eph. 2. 8.

102. Hyperaspistae] See Ep. 1853.

109. carbones] See *Adag.* 830.

110. Tunstallus] In his letter ; for which see l. 1n.

114. de ponte] Cf. Ep. 1062. 57n.

affectibus, quid laudis feram? Me resipuisse dicent et palinodia satisfecisse. Imo non recusaro semper haberi hereticus, si fui vñquam. Et vt malim prio<sup>r</sup> / rem statum qualencunque quam hanc rerum confusionem, ita mundus omnino fuit expergefaciendus a frigidis ceremoniis quibus indormiebat.

120

Queruntur me complura monuisse que Luterani rapiunt in rem suam. Sed plura rapiunt ex litteris diuinis. Ego nihil aliud quam admoneo. Nec vsquam induxi nouos ritus neque nouas inuexi constitutiones. 'Hoc sapit; hoc prebere possit occasionem; hoc eo videtur inclinare'. Has querimonias si libebit audire, nullus erit 125 finis. Sic mihi temperandus est stilus, ne ad Christi tribunal, cui propediem sistendus sum, adigar ad palinodiam. Quur autem nunc mundo blandiar, qui me ne suis quidem commodis beare potest? In pia causa cuius victoria cessura sit Christo, vel emori liberet. Nunc tot harpyas video paratas, qui Christo victoriam interuertant, 130 quorum affectibus militare non libet. Quin multis colligo conjecturis Deum huius fabule turbulentissimae choragum esse. Ille hos bruchos, cynomyas et locustas immisit nobis ita commeritis. Idem dabit letum exitum, si mutata vita confugerimus ad Domini misericordiam.

135

Sed vt ad rem: in hoc fatali tumultu, in quo vix vlli queas satisfacere, decreueram quod esset ocii, recognoscendis lucubrationibus ac vertendis Grecorum commentariis impendere, iamque diu flagitatum opus De ratione concionandi absoluere. Verum interim desideratur fides Hyperaspistae. Audio vanus promissor, timidus 140 aut imperitus: timidus qui non audeam, imperitus qui non possim. Vitari nulla ratione potest quin aliquid dicant. Et fortasse si respondero quamuis feliciter, dicent atrociora. Iam quod conaris lenire metum, 'Si quid erant intentaturi, iam id fecissent', scito iam hoc illos cepisse. Furiosus Otho bis ediderat suas nenias; nec erat 145 facturus *finem*, nisi illum metu magistratus Argentinensis cohibussem. Ex Wormacia bibliopola quidam Schoffer misit huc libellum Germanice scriptum cum famosis picturis. Leo Iudeus, qui primum ediderat suum libellum absque titulo, mox edidit alterum libellum Germanice scriptum, plenum minarum, addidit epistolam Latinam 150 manu descriptam libello virulentiorem, existimans futurum vt illico prosilirem in harenam. Ego cuidam illi noto scripsi mihi nec per occupationes nec per valetudinem ocium fuisse legendi vel libellum

136. *hoc scripsi*: hac MS.146. *finem addidi*, cf. v. 246.

133. *bruchos*] Wingless locusts: Levit. 11. 22.  
 139. *concionandi*] See Ep. 1660. 33n.  
 140. *timidus*] Cf. Ep. 1459. 8on.  
 143. *conaris*] Ep. 1770. 4<sup>1</sup>-3.  
 145. *Otho*] Brunfels: see Ep. 1405.  
 147. *Schoffer*] Peter II (c. 1460-c. 1542), younger brother of John; see Ep. 919. 12n. Roth's monograph there cited shows that he printed at Worms 1512-29, and produced various books about this time, one being by O. Brunfels; but it does not seem possible to identify any one of them with the Ger-

man book mentioned here.

148. *picturis*] Cf. Ep. 1459. 24n.

Leo] See Ep. 1737. in.

149. *suum libellum*] The *Maynung vom Nachmal*; see Epp. 1708 introd., 1737. 5n. The description of the second book seems to suggest that this was written in Latin: but no such edition is known.alterum libellum] The *Antwurt vnd Entschuldigung*; see Ep. 1737. in.150. *epistolam*] See Ep. 1737. in.  
 152. *cuidam*] Pellican; see Ep. 1737. 1-2.

vel epistolam. In his mihi conatur impingere inuidiam cuiusdam  
 155 dialogi in quo fuerit perstrictus Iulius. Nihil dubitem diris deuouere  
 caput meum, si quid vnquam edidi cui non apposuerim nomen  
 meum: et si quis auderet hoc euulgare libris, quod autem isti non  
 audent, conflaret mihi magnam inuidiam apud Romanum Ponti-  
 ficiem. Sic est fere mortalium ingenium. Quo crimen quod inten-  
 160 ditur est atrocious, hoc creditur facilius. Non enim putant cuiquam  
 inesse tantum audacie, vt sustineat eiusmodi *rumores* ex se com-  
 mentos in innocentem iaculari.

Nunc mihi cogita rabiosa quorundam odia. Quid tam immane-  
 fangi poterit quod illi non illico sint credituri, etiam si quis infantici-  
 165 dium aut beneficium obiecerit. Est alius quidam multo perditissimus  
 ganeo, cuius impulsu Huttenus debacchatus est in me. Is premit  
 suas nenia, metu Duciis Saxoniae: nam illius aliquando fuit  
 alumnus. Pellicanus ceperat ineptire, sed compressus est. Capito  
 timidus omnia cuniculis agit; ex huius edibus Otho prodiit ad  
 170 edendum suum libellum. Veniunt frequenter ad me libelli et  
 epistole figuratae ac minaces, fictis titulis: quas dissimulatas in  
 ignem coniicio. Breuiter, hoc persuasum est plerisque Luteranae  
 factionis, me vnum obsistere quominus tota Germania amplectatur  
 Euangelium. Verum alii metuunt ne lacesitus ledam grau*(iter)*,  
 175 alii sperant futurum vt tantis monachorum ac theologorum quorun-  
 dam odiis delassatus in ipsorum castra transfugiam.

Sic mihi res habent cum Lutheranis. Iam altera pars hoc molitur  
 extremis viribus, vt omnes lucubrations meas excutiat e manibus  
 hominum. Poterat hoc tolerari, sed titulus quem isti fingerent ne  
 180 viderentur id temere fecisse, tolerari nec potest nec debet. Ab hoc  
 gradu pergerent ad funditus abolendas bonas litteras. Tragoediam  
 Hispanensem cognosces ex epistola Maldonati*(ti)*. Puta similem  
 aut atrociorem fuisse in Polonia. Res gerit*ur* cum / conspiratione  
 gentium Pharisaicarum. Senatus consulta fi*unt* in syn/odis illis,

161. *rumores addidi.*

154. *impingere*] Jud's *Antwurt* is so rare that the passages may be quoted. In defending himself on the charge of having published the *Maynung* anonymously, he says (f<sup>o</sup>. a<sup>3</sup>): 'Zimpt nun mir nit das dem gezimpt hatt der den Dialogum, das ist das gesprächbüchlin, gemacht hat das Iulius *(see Ep. 502 introd.)* heyszt, vnnd das gesprächbüchlin De trilinguibus *(see Ep. 1061. 505n)*: vnd die selben redend wider den Bapt<sup>s</sup> vnd die hoch gelerten in der welt, vnd dienend me zü vfrür dann min büchlin'. Later (f<sup>o</sup>. a<sup>4</sup> v<sup>o</sup>.) he repeats the insinuation: 'Ich bin kein lugner, kein büb, kein nebulo (dann söllich namen tricht mir Erasmus vf): der ist aber ein nebulo, der ein vfrürisch büch schrybet, als der Iulius ist, vnn dethan sinen namen nit hinzu setzen'.

155. *dialogi*] See Ep. 502 introd.

156. *edidi*] Cf. Ep. 1219. 89. Jortin in commenting (ii. 596n) on Ep. 961.

57-8 points out the stress to be laid on this word. There, and even more emphatically in Ep. 967. 180-1, the equivocation is maintained by ending the sentence in the future.

157. *euulgare libris*] Though Erasmus must have seen Martens' edition of the *Iulius* printed at Louvain in Sept. 1518, and no doubt others, he was still, in support of his pretended ignorance of the dialogue, affecting to be unaware that it had appeared in print.

165. *alius quidam*] Eppendorff: see Ep. 1122 introd.

168. *alumnus*] Cf. Ep. 1437. 12-13.

Pellicanus] See Epp. 1637-40, 1644.

Capito] For his recent relations with Erasmus cf. Ep. 1485 introd.

169. *timidus*] Cf. Ep. 1374. 99n.

182. *Maldonati*] Ep. 1742.

183. *in Polonia*] Cf. Epp. 1743. 37, 1753. 37, 1805. 110, 1823. 14.

ad quas quotannis semel concurrunt, nihilo secius inter rim per 185 omnes mundi plagas volitantes assidue. His hoc decretum est / vt omnes pro sua quisque virili nomen Erasmi clam, palam, *linguis*, scriptis, sic infamant vt nemo non exhorreat. Hoc tantum factum / se perfectos confidunt, fredi tot linguarum legionibus et opericulum / se sanctimoniae, postremo stulticia vulgi ; cuius iam fecere 190 per *iculum* quam facile hic et illuc impellatur quamque libens etiam sibi patiatur *imponi* prestigiis. Hi quo sint ad id quod agunt instructiores, si quid infelicitatis est in fatis meis, εἰ τις συμφορά θεῷ λατός, si quid per etatem factum quod seruiat calumnie, si quid ab inimicis in me iactatum libris, si quid rumoris attulit rabula 195 quiuis, id ediscunt. Habent innumera. Tenent tanquam vngues digitosque suos, nusquam non occidunt. His presidiis promittunt sibi certam victoriam. Et hos armo in me, pugnans aduersus Luterum. Huttenus illis gratissimus : cui libenter condonant quicquid in ipsis scripserat, hoc officio placati, quod debacchatus 200 est in Erasmus. In Luterum ipsum multo sunt quam antea mitiores, posteaquam tam petulanter inuestis est in me.

Libellum illum quatuor scurraria rum Dominicalium opera conflatum quem Leo dicarant, quidam Prior Canonicorum regularium apud Rubram vallem iuxta Bruxellam sic admiratus est vt curarit 205 in refectorio sacre lectionis vice recitandum. At ego declarauit Theologis Louaniensibus in tam paruo libello inesse supra septuaginta splendida mendacia, preter conuicia plusquam scurrilia. Nec pauci sunt Louanii tenebriones qui quicquid collubuit in me scribunt. Et faciunt impune, theologis connuentibus. Harum omnium technnarum artifex primarius est claudus ille Latomus. Illius consilio et commendatione Leus emisit fratrem suum Lutetiam, vt opera Bede liber absolveretur. Nam Leus id temporis ne vnam quidem paginam scribere poterat in re theologica. Et stilus in compluribus locis est Bede ipsissimus. Ille effecit vt Adrianus taxaret libellum 215 Capnionis, ille Dorpium instigabat in me. Nam et hunc et Atensem, nunc blandiens nunc minitans, non aliter quam bubalos trahebat naribus. Ille Cesaris edicto vetitus prouinciam tradidit Bedis. Nam ex eodem nido prodidit et hic infaustus pullus. Venit ad nos

## 193. quid scripsi : quis MS.

193. infelicitatis] Cf. Ep. 1102. 6n.

συμφορά] Cf. Eur. *Or.* 2.

203. Libellum] See Ep. 1571. 65n. This information had no doubt come to Erasmus through Martin Lypsius; who, hearing the story at Louvain, wrote on 6 Nov. 1525 to the Prior (l. 204n) to protest (Horawitz v. 54).

204. Prior] Stephen Heetvelt of Brussels, prior, 1521-8, of the house of Austin canons founded in 1373 at Roode Clooster in the forest of Soigne : see A. Sanderus, *Chorographia sacra Brabantiae*, 1727, ii. 46. Cf. l. 203n.

207. Louaniensibus] See Ep. 1582. Erasmus' quotation is not verbal.

211. claudus] See Ep. 1256. 24n.

Latomus] See Ep. 934. 3nn.

212. fratrem] See Ep. 1053. 130n.

213. liber] Lee's *Annotationes*, Paris, s.a. 1520 : see Ep. 1037.

215. Ille] sc. Latomus.

Adrianus] The condemnation of the *Augenspiegel* by the Theological Faculty at Louvain on 28 July 1513 was attributed to the influence of Adrian : see L. Geiger, *Reuchlin*, pp. 283, 441.

216. Dorpium] See Epp. 304. 337 347 ; and, for Latomus' part in the matter, Ep. 1123. 17n.

218. edicto] See Ep. 1690. 119n.

220 famelius et pannosus, sed contraxit amplas opes, et sperat mitras.  
 Huiusmodi quosdam subornant monachi, ne soli sustineant inuidiam.

Lodouicum a Berquino, virum Regi gratissimum, coniecerant iterum in carcerem, eo quod verterat quosdam libellos meos in lingam Gallicam. Articuli quibus nihil calumniosius, furtim ad me 225 peruererunt; quos si voluisset vt tales quales illi predicabant, abiurare, dimittendus erat, libelli pro ipso issent in ignem. Quum ille prudentissime responderet ad singula, ceperunt in me conuiciois debacchari, quo vel sic auerterent hominem a studio mei. Et ni prudentia dicti Lodouici prouisum fuisset, illa stolida conuicia 230 relata fuissent in actu et ad Senatus cognitionem venissent: id quod affectabant dementes illi commissarii. Quid multis? Quum hac via non succederet, adhibitis tribus monachis testibus pronunciarunt illum hereticum. Quales sint articuli breui faciam vt sciant, quanquam dissimulabo me scire vnde venerint. Et ni 235 Senatus primum, postea Rex, /interp>osuis/sent> autoris /ta>tem suam, conieccissent hominem in ignem. Nactus sum et sentimenta quedam Facultatis pecunia redempta, Deum immortalem, cuiusmodi. Sepe non intelligunt quid dicam. Vociferantur in eos qui parum tribuunt humanis constitutionibus. At nulli sunt omnium 240 qui fortius negligant et humanas et diuinias, quoties est in rem ipsum. Ibi quicquid voluerint sanctum est. Theologi cordatiiores absunt Lutetia. Ceteri qui synceriores sunt, non audent obstrepere, fidei scilicet negotium agentibus. Sutori Cartusianae gentis patriarcha silentium indixit, verum ille in causa fidei nulli 245 debet obedientiam. Moliuntur nunc nescio quid in me, nec vñquam videntur facturi finem. Quo non se proripiet talium portentorum audacia?

Aleandri libellum accipies. Is ἀνώρυμος volitat inter manus secretariorum pontificiorum. Scripsit iustum volumen ad me suo 250 titulo Albertus Carporum princeps; summa quidem humanitate, et laudibus leniens omnia, sed interim miscens Luteri negotium cum meo, vehementer vrgens Paraphrases meas, Moriam ac bonas litteras. Mihi non videtur legisse mea, sed ex colloquiis theologorum, quibuscum sepe versatur, hausisse. Nam homo laicus affectat 255 haberit theologus, et mirum in modum sibi placet quod sit Aristotelicus. Est Dominicanus quidam Rome qui scripsit in Moriam,

254. hausisse add. sec. manus.

220. famelius] This assertion seems to rest upon the fact that Latomus had been a pupil of Standonck (Ep. 73. 9n) at Montaigu, and had been brought by him to Louvain to preside over the new Maison des Pauvres founded there in April 1500: see Renaudet p. 309.

222. Berquino] See Epp. 925. 13n, 1692, 1768. 83n.

233. breui faciam] Erasmus does not seem to have fulfilled this promise.

235. interposuissent] This and the next two words are added in the margin.

243. Sutori] See Ep. 1591. 25n.

244. patriarcha] Bibaucius: see Ep. 1687.

248. Aleandri] See Ep. 1717. 33n.

249. iustum volumen] Pius' *Responso paraenetico* of 15 May 1526: see Ep. 1634 introd.

256. Dominicanus] Possibly Ambr. Catharinus (Ep. 1275. 78n); cf. his *Expurgatio adu... D. Soto*, 1547. 'Erasmus crebro ac de industria in meis librī sum insectatus, vt pote pestem ac perniciem adolescentium et omnium qui eius lectione sine iudicio delectantur. . . . Aduersus quem iam Tractatum composueram non exiguum, quem et publicare eo viuente decreueram. . . . Et vtinam ille aliquando fuisset abscissus, qui primus semina pessima

sed adeo μωρικῶς vt ipsam superet Moriam. Rome tamen non audent quicquam excudere in Erasmus. Quod fatum meum ! A summis orbis presulibus timeor, ab hominibus abiectissimis conspuor, concacor et commingor. Apud Hispanos Alfonsus quidam theologus, 260 monachus Benedictinus, iam bis ad me misit septem Collationes, non aliter me tractans quam militum cohors tractabat Christum. Aliquando *audio / 'oraculum diuine sapientiae'*, 'terque quaterque Reuerendus Pater', ipse 'filius amantissimus'; et, quod maius est, magno sui capititis periculo sustinet apud suos Erasmi patro- 265 cinium, hoc est imponit chlamydem regiam, tradit sceptrum, flectit genua, salutat 'aue, Rabbi'. At subito alias, insultat, ferit, ridet, pulsat, conspuat, admiscet enigmata aculeata : nihil vidi procacius aut scurrilus. Nonnunquam eo rapitur calore quodam vt sibi videatur excidisse. Et videtur sibi mire festiuus. 270 Monachorum causam miro studio agit, quasi mihi displiceant veri monachi. In calce operis inuitat me magnificis laudibus ac promissis vt, quemadmodum ceteras regiones omnes illustrauit mea presentia, digner et Hispanias hoc honore. Denique talis est liber vt oporteat autorem aut dementem esse aut vaferriuum scurram 275 aut egregie/ stultum aut fame ieunio furiosum. Et posteriori libello a<sup>d</sup>didit / aliquid aculeorum.

Hec sunt mea solatia, cum hac valetudi<sup>ne</sup> / colluctantis tantisque studiorum laboribus anhelantis. H<sup>ec</sup> / scio tibi vel lectu molesta esse, verum haud, opinor, g<sup>r</sup>aua/beris saltem hactenus amico 280 συμπαθεῖν. Hoc in statu quum si<sup>m</sup>, / tamen reluctante animo, vestre morem geram voluntati, qui<sup>cunque</sup> / futurus est exitus. Hyperaspisten absoluam, et si non erit *tutum* / edere, per proprium famulum mittam isthuc, idque breui, si v<sup>iae</sup> / comes dabitur. Suspicio Matrimonium minus arrisisse Reg<sup>inae</sup> / quod illic disputem 285 de relaxandis coniugii vinculis. Decreueram nihil admiscere tale. Aliud scribebat calamus, aliud volebat animus. Sunt qui credant Ecclesiam mire floritaram, si res in eum reponatur statum in quo fuerat. Id vereor ne frustra optent.

Tibi totique familie tue precor omnia leta. Epistola tua 18 die 290 Decembr. scripta sub Cal. Martias ad me peruenit, nec per eum qui reddidit fasciculum litterarum Tonstalli, sed solitaria. Quo casu id acciderit nescio, nisi quod nihil agitur *per* / Petrum Aegidium quin illud Ghelriense portentum olfaciat seseque admisceat : qui me

292. *Legi possit solita/via : sed autographo propius est solita/ria.*

In agrum Domini seminauit, et postmodo dixit "Ego ludebam, Ego delamabam, Non loquebar serio". Quod non est aliud quam dicere "Ego blasphemauit ioco" : vt et ipse per iocum a diabolis in infernum truderetur' (edit. Lyons, 1551, pp. 20-21). See F. Lauchert, *Ital. Gegner Luthers*, 1912, pp. 101-2. Cf. also Ep. 1818. 7-9.

257. non audent] Because of the protection given to Erasmus by Pope and Cardinals : cf. Ep. 1805. 111-113.

260. Alfonsus] Virves : see Ep. 1684 introd.

276. posteriori] Cf. l. 261.

284. famulum] Perhaps Nic. Cannius; cf. Epp. 1816. 11n, 1832.

viae comes] Cf. Ep. 1832. 3.

285. Matrimonium] The *Christ. matr. Institu<sup>tio</sup>* : see Ep. 1727.

Reginae] About her feeling Erasmus was reassured in Ep. 1816. 13-16.

287. calamus] Cf. Ep. 1830. 9-10.

292. Tonstallij] Cf. l. 1n.

294. Ghelriense] Probably F. Berck-

295 per amicissimum hominem, cuius ingenii facilitate abutitur, iam decem annos discruciat. Nec p<sub>r</sub> resto/ remedium.

Basileae .3. Cal. April. An. 1527.

1742 1805. TO JOHN MALDONATUS.

Madrid MS. 17460, f. 144 (a).  
Bonilla p. 149.

Basle.

30 March 1527.

[The ms., which is in the Bibl. Nacional at Madrid, is a slender volume, mainly composed of letters and papers of John Vergara; among which are Epp. 1748, 1813, 1814, and App. 18, nos. 2, 5.]

This letter is a contemporary copy by a hand (a<sup>1</sup>) which, besides making numerous errors, varies frequently from Erasmus' spelling, and in one place (l. 372) has a markedly Spanish form. It has been corrected in a few places by a second hand (a<sup>2</sup>) which is not unlike Vergara's. Two of these corrections (tit. and l. 366) are interpretations of initials designedly used by a<sup>1</sup>, no doubt for concealment.

It may be conjectured therefore that a<sup>1</sup> was a copyist employed to communicate this letter to Vergara, but with care to veil the identity of the person addressed; and further that his employer was A. Valdes, to whom this letter was alternatively directed (Ep. 1839. 10-11), and who, shocked at its indiscretion, suppressed it from Maldonatus.

Having received no response to Ep. 1742, Maldonatus wrote again in Nov. 1527 (Ep. 1908). Erasmus replied in March (Ep. 1971), assuring him that this letter had been sent; and subsequently he supplied one or even two copies (Lond. xxvi. 47, LB. 1153, of 13 Jan. 1531). But there is nothing to show whether Maldonatus ever received them.

This letter was first printed by A. Helfferich in *Zs. f. hist. Theologie*, N.F. xxiii, 1859, pp. 605-16; and again by Prof. Bonilla, *Erasmo en España*, p. 149 = *Revue Hispanique* xvii, 1907, p. 527.]

DES. ERASMVS ROTEROD. IOANNI N. SALVTEM D.

NAE tu graphice mihi, N. charissime, pseudomonachorum tragicomediam depinxisti. Quid amplius videre poteram si rebus gerendis interfuissem? Sed vt ad tuas litteras, hoc iucundiores quod essent prolixæ, paucis respondeam, nimirum obrutus studiorum 5 laboribus, vt semper, afflictus etiam incommodo valetudinis, vt frequenter: laudibus quas in me congeris, amantissime tu quidem sed immodicus mea sententia, deiicis animum meum potius quam erigis. Video mihi sarcinam imponi cuius ne minime quidem portioni ferende par esse queam; et periculum est ne isti qui, vt 10 scribis, tam magnificam de me conceperunt opinionem, simulatque proprius Erasmum fuerint contemplati, sese delusos clamitent, proque thesauro, quod est in Graecorum prouerbiis, querantur repertos carbones.

In prouehendis linguis ac politioribus litteris, fateor me vnum 15 esse de eorum numero qui sedulam naurarunt operam: etiamsi nunc obscuror a multis, quod ipsum gloriae mihi duco. Hic enim erat

TIT. N. a<sup>1</sup>: MALDONATO a<sup>2</sup>.

7. inmodicus a.

man (Ep. 258. 14n), whose name occurs frequently in Erasmus' correspondence with Gilles, often with obloquy: cf. Epp. 1388. 24n, 1696. 22n, 1816. 22-4.

1805. 5. valetudinis] Cf. Ep. 1780. 3n.  
9-10. vt scribis] Ep. 1742. 18-20.

12. prouerbiis] See *Adag.* 830.

16. obscuror] Cf. Ep. 1107. 8n.